Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Expositio super toto psalterio
Ersteller:	de Turrecremata Johannes
Signatur:	2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

oſtende te ſuper omnem terram et ut tibi ſit gloria liberent̃ dilecti tui de p̃tate dyaboli · reliqui verſus ſũt ſup̃ poſiti. ¶ Pſalm⁹ cviij · hic monet iude maliciam declinare et chriſti humilitatem imitari.

Vox xp̃i ex parte humanitatis ad patrem ait.

Deus pater contra improperia que inimici mei loquũtur adverſum me tu ne tacueris laudem meam · ſed fac me cognoſci et laudari per totum mundum ſicut per nationes ab apoſtolis notificari fecit et hoc quia hoc peccatoris et doloſi ſcilicet iude et pp̃li iudaici contra me apertum eſt dicendo multa falſa ad depreſſionem meam vnde ſequit̃. Locuti ſunt adverſum me lingua doloſa iudei et iudas ſimul tractando de traditione mea et ex odio circundederunt me ſermonibus iniurioſis dicentes · ſamaritanus es tu et demoniũ habes et huiuſmodi et expugnaverunt me ſine cauſa iuſta · vere gratis expugnaverunt me · quia cum. Pro beneficijs que contuli eis deberent me diligere · detrahebant mihi · negantes me eſſe filium dei et dicentes q̄ ĩ beelcebub eicio demonia · ego autẽ orabam etiam pro illis · pater ignoſce illis · et, Reddiderunt mihi mala pro bonis que feci eis · et odium pro dilectione quã exhibui populo iudaico · quia ergo ſic eſt, Conſtitue ſuper populum iudaicum dyabolum omnium viciorum principem · ut ex quo noluerunt me in regem habere habeant regem dyabolum · et dyabolus ſtet a dextris eius tã q̄m prepoſitus eius vel ſuper eum id eſt iudam conſtitue dyabolum ut qui chriſto nolit eſſe ſubditus habeat dyabolum ſibi dominantẽ · iudas vero, Cum iudicatur exeat condemnatus · et oratio fiat ei ĩ peccatum · vnde penitentia iude converſa eſt illi in peccatum quia ſuſpendio interemit, Fiant dies eius pauci ſic fuit · quia poſt proditionem cito ſe ſuſpendit · et epiſcopatum id eſt dignitatem apoſtolicã accipiet alter ſcilicet mathias, Moriantur filij eius orphani patre carnali et vxor eius vidua · pro quibus ſuſtentandis fur erat et latro · de pena iudaici populi loquens ait Nutantes · i · vagi inſtabiles incerti quo vadunt · transferantur de loco ad locũ et omni preſidio deſtituti mẽdicẽt et oĩbꝫ bonis ſpoliati eiciantur de habitatõibus ſuis ſic̃ opletũ fuit p̲ titũ et veſpaſianũ Et ſcrutet̃ fenator ſiue exactor oẽs ſubſtãtiã eius et diripiãt alieni diuitias laboribꝫ eius acq̃ſitas ſicut adimpletum ẽ p̲ titum et veſpaſianũ principes romanos. Nõ ſit